Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140

recordabuntur. Oratio
Deuocionem populi tui quesumus
domine benignus inten
de ut qui per abstinenciam
macerantur in corpore per
fructum boni operis refici
antur in mente. Per dominum.
Da quesumus domine po Alia
pulis xpianis et que pro
fitentur agnoscere et cele
ste munus diligere quod
frequentant. Per dominum.
Exo. vi. Capitulum.
Filius non portabit
iniquitatem patris
et pater non portabit iniqui
tatem filii iusticia iusti
super eum erit et impietas
impii super eum erit. Aliud
Cum auertit se impius
ab iniquitate sua quam
operatus est et fecerit iudicium
et iusticiam ipse animam su
am viuificabit. Aliud.
Auertens se impius
ab omnibus iniquitatibus
suis quas operatus est
vita uiuet et non morie
tur ait dominus omnipotens. Aliud.
Hec dicit dominus. audi
te uocem meam et ero uo
bis deus et uos eritis mihi
populus et ambulate in
omni uia quam man
daui uobis ut bene sit
uobis. Oratio Esto domine
propicius plebi tue et quam
tibi facis esse deuotam be
nigno refoue miseratus
auxilio. Per dominum. Alia.
Exaudi nos misericors
deus et mentibus nostris gratie
tue lumen ostende. Per.
Si Sabbato Capitulum.
Auertis a sabbato
pedem tuum facere uo
luntatem tuam in die
sancto meo sustollam te super
altitudinem terre et ciba
bo te hereditate iacob
patris tui. Os enim domini
locutum est hec. Aliud.
Diliges amicum tuum
sicut te ipsum ego dominus le